cicias. amabiliſſimū nodū amicicie tollere. non eñ
tam vtilitas parta per amicū quā amici amor ipſe
delectat. Tūcq; illud fit quod ab amico ē profectum
iocūdum ſi cū ſtudio eſt ꝑfectum. tantūq; abeſt.
vt amicicie ꝓpter indigētiaȝ colātur. vt hi qui opi
bus ⁊ copijs. maximeq; v̓tute prediti in qua plu
rimū eſt pſidij minime alterius indigeāt liberaliſſimi
ſint. ⁊ beneficētiſſimi. atq; haud ſcio an ne op⁹ ſit
quidē. nihil vnq̄ omnino deeſſe amicis. Vbi enim
ſtudia noſtra viguiſſent. ſi nunq̄ ſtudio. nunq̄ cō
ſilio. nunq̄ opera noſtra. nec domi. nec militie. Sci
pio eguiſſet. Nō igitur vtilitatem amicicia. ſed vti
litas amiciciam cōſecuta eſt. Nō ego erūt homines
diuitijs affluentes audiendi. ſi quando de amicicia
quam nec vſu. nec ratiōe habent cognitam diſpu
tabunt. Nam quis eſt. proh deum fidem atq; homi
num. qui velit. vt neq; diligat quenquā. nec ipſe
ab vllo diligatur. circumfluere omnib⁹ copijs atq;
in omnīū rerum abūdantia viuere. Hec enim eſt
tyrānorum vita. nimirum in qua nulla fides. nulla
charitas. nulla ſtabilis beneuolētie poteſt eē fidu
cia. omnia ſemꝑ ſuſpecta atq; ſollicita ſūt. nullus
locus eſt amicicie. Quis enim aut eum diligat quē
metuit. aut eum a quo ſe metui putet. Colūtur ta
men ſimulatiōe amicicie dūtaxat ad tempus. q̄ ſi
forte vt fit plerūq; ceciderint tum intelligitᷣ quam
fuerint inopes amicoꝝ. Quod Tarquinū dixiſſe
ferūt. tum cū exul eſſet ſe itellexiſſe quos fidos ami
cos habuiſſȝ quoſq; infidos. cum iam neutris gra
tiam referre poſſȝ. Quanq̄ miror in illa ſuperbia ⁊

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

importunitate. ſi quenq̄ habē potuit. Atq; vt hu
ius quem dixi mores veros amicos parare nō potu
ere. ſic multoꝝ opes excludunt ꝑpotētium amici
as fideles. Nō enim ſolum ipſa fortūa ceca eſt. ſed
eos etiam plerūq; efficit cecos quos complexa eſt
Itaq; illi efferūtur fere faſtidio ⁊ cōtumacia. ne
q; quicq̄m inſipiēte fortunato intolerabilius fieri
poteſt. Atq; hoc quidem videre licet. eos qui ātea
cōmodis fuerūt morib9. imperio. poteſtate. ꝓſpe
ris reb9 immutari. ſperniq; ab his veteres amici
as ⁊ indulgeri nouis. Quid autem ſtulti9 quā vt
plurimū copiis. facultatib9 opibus poſſint cetera
parare que parātur. pecuniam. equos. famulos.
veſtes. gloriam. vaſa precioſa. amicos non parare
optimam ⁊ pulcherrimā vite. vt ita dicam. ſupel
lectilem. Etenim cetera cum parant. cui parent ne
ſciunt. nec cuius cauſa laborent. Eius enim eſt iſto
rum quodq; qui vincit virib9. Amicitiarum ſua cui
q; permanet ſtabilis. ⁊ certa poſſeſſio. vt etiam ſi
illa maneant que ſunt quaſi dona fortune. tamen
vita inculta ⁊ deſerta ab amicis non poſſit eſſe iu
cunda. ſed hec hactenus. Conſtituendi autem ſūt
qui ſint in amicicia fines. ⁊ quaſi termini diligen
di. de quibus tres video ſententias ferri. quarum
nullam probo. vnam. vt eodem modo erga ami
cum affecti ſimus. quo erga noſmetipſos. Alteram
vt noſtra in amicos beneuolentia illorum ēga nos
beneuolētie pariter equaliterq; reſpondeat. Ter
ciā vt quāti quiſq; ſeipſum faciat. tāti fiat ab amicis
Harū triū ſentētiaꝝ nulli prorſus aſſētior. nec eñ il
la pͣma vera eſt. vt quemadmodū in ſe quiſq; ſic
in amico ſit animat9. Quā multa enim que noſtra

cauſa nunꝙ̄ faceremꝰ. facimꝰ cauſa amicorum Tū
p̄cari ab idigno ſupplicium Tum acerbius i aliquē
inuehi: iſectariq; vehementiꝰ. que in noſtris rebꝰ
nō ſatis honeſte in amicorum fiūt honeſtiſſime Mul
te res ſunt in quibꝰ de ſuis cōmodis viri boni mul
ta detrahūt. detrahiq; patiūtur. vt ijs amici potiꝰ
quā ipſi fruātur. Altera ſentētia ē. que deſinit ami
ciciam paribꝰ officijs ac voluntatibꝰ. Hoc quidem
eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare ami
ciciam. vt par ſit racio acceptoꝝ & datorū. Ditior
mihi & affluētior videtur eſſe vera amicicia nec ob
ſeruare reſtricte. ne plꝰ reddat quā acceperit Neq;
enim verēdum eſt ne quid excidat aut ne quid in
terram defluat. aut ne plꝰ equo quid in amicicia cō
geratur. Tercius vero ille finis deterrimꝰ. vt quāti
quiſq; ſe ipſe faciat. tāti fiat ab amicis. Sepe enim
in quibuſdā aut animꝰ abiectior ē. aut ſpes ampli
ficāde fortune fractior. Nō eſt igitur amici talē eſſe
in eum qualis ille in ſe eſt. Sed potiꝰ debꝫ eniti. &
efficere. vt amici iacētem animū excitet. Inducat
q; in ſpem cogitationēq; meliorem. Aliꝰ igitur fi
nis vere amicicie cōſtituendꝰ eſt. ſi prius quod max
ime reprehēdere Scipio ſolitꝰ ſit edixero. Negabat
vllam vocem inimiciciorem amicicie potuiſſe reperi
ri. ꝙ̄ eius qui dixiſſet ita amare oportere. vt ſi ali
quādo eſſet oſurꝰ. nec vero ſe adduci poſſe. vt hoc
quemadmodum putaretur. a Biante eſſe dictum
crederet. qui ſapiēs habitꝰ eſſet vnꝰ e ſeptem. ſed
impuri cuiuſdam aut ambiciosi. aut omnia ad ſuā
potētiam reuocātis eſſe ſentētiam. Quonā em̄ mō
quiſquā amicꝰ eſſe poterit. cuiꝰ ſe putabit inimicū
eſſe poſſe. Quin eciā neccē erit cupere & optare. vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

quā ſepiſſime peccet amicus · quo plures det ſibi tā
ꝗ̄ auſas ad rephendendum.rurſum autē recte factis
cōmodiſqꝫ amicoꝝ neceſſe erit angi · dolere · inui
dere · Quare hoc quidē pceptū cuiuſcūqꝫ eſt · ad tol
lendā amiciciam valet · Illud potiꝰ precipiēdum fu
it · vt eam diligentiā adhiberemꝰ in amiciciis ꝑpa
rādis · vt ne quādo amare inciperemꝰ eumquem
aliquādo odiſſe poſſemꝰ · Quin eciā ſi minꝰ felices
in diligēdo fuiſſemꝰ · ferēdum id Scipio quā inimi
ciciaꝝ tempꝰ cogitādum putabat · His igitur fini
bus vtendū arbitror · vt cum emendati mores ami
coꝝ ſint · tum ſit inter eos omniū reꝝ cōſiliorum ꝛ
volūtatum ſine vlla excepciōe cōmunitas · vt eciā
ſi qua fortuna acciderit vt minꝰ iuſte amicoruꝫ vo
lūtates adiuuāde ſint · in quibꝰ eorum aut de capite
agatur aut fama · declinādum eſt de via · modo ne
ſūma turpitudo ſequatꝛ · eſt enim quatenꝰ amicicie
dari venia poſſit · Nec vero negligēda eſt fama nec
mediocre telū ad res gerēdas exiſtimare oportet
beneuolētiam ciuiū quam blādiciis ꝛ aſſentationi
bꝰ colligere turpe eſt · virtꝰ quā ſequitur charitas
minime repudiāda eſt · Sed ſepe redeo enim ad Sci
pionē · cuius omnis ſermo erat de amicicia · q̄rebatꝛ
quod in omnibꝰ rebꝰ homines diligētiores eſſent ·
vt capras ꝛ oues quot quiſqꝫ habere dicere poſſꝫ ·
amicos quot habēt dicere nō poſſet. ꝛ in illis qui
dem parādis curā adhibere · in amicis eligēdis ne
gligentes eſſe · nec habere quaſi ſigna quedā ꝛ no
tas · quibus eos qui ad amiciciā eſſent idonei iudi
carēt · Sunt igitur firmi ꝛ ſtabiles ꝛ conſtātes eli
gēdi · cuiꝰ generis eſt magna penuria · ꝛ iudicare
difficile eſt · ſane niſi expertum · Experiēdum auteꝫ

eſt in ipſa amicicia·ita precurrit amicicia iudiciū· tollitqꝫ experiēdi poteſtatē. Eſt igitur prudētis ſu ſtinere· vt curſum ſic impetū beneuolētie quo vta mur quaſi aq̄s tēpeſtatis ·ſic amicicijs · aliqua par te periclitatis moribꝰ amicorū·Quidam ſepe in par ua pecunia perſpiciūtur quam ſint leues ·Quidam autem quos parua mouere nō potuit cognoſcūtur in magna· Si vero erūt aliqui reperti qui pecuniā preferre amicicie ſordidū exiſtimēt. vbi eos inueni emus qui honores magiſtratꝰ imperia poteſtates opes amicicie nō anteponāt· vt cum ex altera parte propoſita hec ſint·ex altera vis amicicie·nō multo illa malint·Imbecilla enim humana natura eſt ad cōtemnēdam potētiam· quam etiā ſi neglecta ami cicia cōſecuti ſunt·excuſatū iri arbitrātur·quia nō ſine magna cauſa ſit neglecta amicicia· Itaqꝫ vere amicicie difficillime repperiūtur in is qui in honori bus reqꝫ publica verſātur· Vbi enim iſtū inuenias qui honorē amici āteponat ſuo? Quid· hec vt omit tam quam graues quam difficiles pleriſqꝫ videtur calamitatū ſocietates ·ad q̄s nō eſt facile inuentū qui deſcendāt·quanq̄m Ennius recte inquit. Ami cus certꝰ in re incerta cernit̄·tamē hec duo leuita tis et infirmitatis pleroſqꝫ conuincūt· aut ſi in bonis rebus cōtemnūt amicos ·aut ſi in malis deſerunt· Qui igitur vtraqꝫ in re grauem ꝯſtātem ſtabilem ſe in amicicia preſtiterit·hūc ex maxime raro gene re hominū iudicare debemꝰ . et pene diuino·Firma mētum autem ſtabilitatis cōſtantieqꝫ eſt eius quā in amicicia querimꝰ fides ·nihil enī ſtabile ē·quod infidum eſt· ſimplicem p̄terea et cōmunem et con ſentiētem· et qui rebꝰ iſdem moueat̄ eligi par eſt·

que omnia ꝑtinẽt ad fidelitatẽ. neqꝫ enĩ hoīm po
teſt eſſe multiplex ingeniũ ⁊ tortuoſũ. neqꝫ vero
qui nõ yſdem reb⁹ mouetur. ⁊ natura conſentit. fi
dus aut ſtabilis poteſt eſſe. Addendum eodẽ eſt. vt
ne criminib⁹ aut inferẽdis delecteť amic⁹. aut cre
dat oblatis. que ꝑtinẽt oīa ad eam quã iã dudũ
tracto conſtãtiam. Ita fit verũ illud qd̕ inicio dixi.
amiciciã niſi inter bonos eſſe nõ poſſe. Eſt enĩ boni
viri. quem eũdem ſapiẽtem licet dicere. hec duo te
nere in amicicia. primũ ne quid fictum ſit. neue ſi
mulatũ. Aperte enĩ vel odiſſe aliũ magis ingenuũ
eſt. q̃ȝ fronte occultare ſentẽtiã. deinde nõ ſolũ ab
aliquo oblatas criminatiões depellẽ. ſed ne ipſum
quidẽ eſſe ſuſpicioſũ. ſemp aliq̃d exiſtimãtẽ ab ami
co eſſe violatũ. Accedat huc ſuauitas quedã opor
tet ſermonũ atqꝫ moꝝ. haud quaq̃ꝫ mediocre cõ
dimẽtũ amicicie. Triſticia ãt ⁊ ĩ oī re ſeueritas ab
ſit. hȝ illa q̃dẽ grauitatẽ. Sȝ amicicia remiſſior eſſe
debȝ ⁊ liberior ⁊ dulcior. ⁊ ad oẽm comitatẽ faci
litatẽqꝫ ꝓcliuior. Exiſtit ãt hoc loco q̃dã q̃ſtio dif
ficilis. nũ qñ amici noui digni amicicia veteribus
ſint ãteponẽdi. vt eq̃s vetulis teneros ãponẽ ſole
m⁹. Indigna dubitatio hoie. nõ enĩ amiciciaꝝ eſſe dȝ
ſicut aliaꝝ reꝝ ſacietas. Vetuſtiſſima q̃qꝫ. vt ea vi
na que vetuſtatẽ ferũt eſſe debẽt ſuauiſſima. verũ
qꝫ illud ẽ qd̕ vulgo diciť multos modios ſal̕ ſimul
edẽdos eſſe. vt amicicie mun⁹ expletũ ſit. Nouita
tes autẽ ſi ſpem afferũt. vt tanq̃ꝫ in herbis nõ falla
cib⁹ fruct⁹ appareat nõ ſunt ille quidem repudian
de. Vetuſtas tamẽ ſuo loco conſeruãda eſt. Maxi
ma eſt enĩ vis vetuſtatis ⁊ cõſuetudinis. At qui
in ipſo equo cuius modo mencionem feci. ſi nulla

res impediat · nemo eſt qui nō eo qui cōſueuit libē
tius vtat̄ · q̄ꝫ in tractato ⁊ nouo · Nec mō in hoc qđ
eſt aīal. ſed in is eciā que ſūt in aīa · cōſuetudo va
let. cū locis eciā ipſis mōtuoſis delectemur ⁊ ſilueſ
trib9 · in quib9 diutius cōmorati ſum9 · Sꝫ maximū
eſt in amicicia ſuperiorē parē eſſe inferiori Sepe em̄
excellētie quedā ſūt · q̄lis erat Sapionis in noſtro ·
vt ita dicā · grege · Nunq̄ꝫ ſe ille Philo · nunq̄ꝫ Ru
tilio · nunq̄ꝫ Mūmio ātepoſuit. nunq̄ꝫ inferioris ordi
dinis amicis · Qu · vero maximū frēm egregiū viꝝ
oino ſibi nequaq̄ꝫ parē. q̄ꝫ is ātcibat etate tanquā
ſuperiorē celebat · ſuoſqꝫ oēs per ſe eſſe poſſe ampli
ores volebat Quod faciēdū imitādumqꝫ ē oibus ·
vt ſi quā p̄ſtantiā v̓tutis · ingenij · fortune conſecu
ti ſūt · imptiāt eā ſuis cōmunicētqꝫ cum ꝓximis · vt
ſi parētib9 nati ſunt hūilib9 · ſi ꝓpinquos habeant
imbecilliores · vel aīo · vel fortūa · eoꝝ augeāt opes
eiſqꝫ honori ſint ⁊ dignitati · vt in fabulis q̄ aliq̄m
diu propt̄ ignorātiam ſtirpis ⁊ generis ī famulatu
fuerīt · cū ꝯgniti ſūt ⁊ aut deo ꝝ · aut regū filij inuē
ti · retinēt tn̄ caritatē ī paſtores quos prēs multos
annos eē dixerāt · Qđ q̄de ē multo ꝑfcō magis in
veris prib9 certiſqꝫ faciēdū · Fruct9 em̄ ingenij ⁊ v̓
tutis oiſqꝫ p̄ſtātie tū maxīe capit̄ cū ī ꝓximū queqꝫ
cōfert̄ · Vt igit̄ hi q̄ ſūt in amicicie ꝯiūctiōis qꝫ neci
tudie ſupioēs ſe eq̄re cū īferiorib9 dn̄t · ſic īferiores
dolere nō debēt ſe a ſuis amicis · aut ingenio · aut
fortuna · aut dignitate ſupari · Quoꝝ pleriqꝫ aut
querūtur ſemp aliquid · aut eciā exprobrāt · Eoqꝫ
magis ſi habere ſe putāt · quod officioſe aut amice
et cum labore aliquo ſuo factum queant dicere ·
Odioſum ſane gen9 hominū officia exprobrantiū ·

que meminiſſe debet is in quē collata ſunt nō com
memorare qui cōtulit. Quā ob rem vt hi qui ſupe
riores ſunt ſubmittere ſe dn̄t in amicicia. ſic quodā
modo inferiores extollē. Sunt em̄ quidā qui mole
ſtas amicicias faciūt. cū ipſi ſe contemni putāt Quod
nō fere cōtingit niſi is qui eciā cōtemnēdos ſe arbi
tranẗ. qui hac opinione nō modo verbis. ſed eciā
opere leuādi ſūt. Tantū autem cuiqꝫ tribuendum
eſt. primū quantū ipſe efficere poſſis. deinde eciaꝫ
quantū ille queꝫ diligas. atqꝫ adiuues poſſit ſuſti
nere. Nō em̄ tu poſſis. quantūuis liceat excellas om
nes tuos ad honores ampliſſimos perducē. vt Sci
pio Rutiliū potuit cōſulem efficere. fratrem eius
Lucium nō potuit. Quod ſi eciā poſſis quiduis de
ferre ad alterꝝ. videndū eſt tamē quid ille poſſit ſu
ſtinere. Omino amicicie corroboratis iam cōfirmatis
qꝫ et ingenijs et etatib9 iudicāde ſunt. nec ſi qui in
eūte etate venādi aut pile ſtudioſi fuerint eos ha
bere neceſſarios oportet. quos tum eorꝝ ſtudio p̄
ditos dilexerūt. Iſto em̄ modo nutrices et pedago
gi iure vetuſtatis plurimū beneuolētie poſtulabūt
qui negligēdi quidē nō ſunt. ſed alio quodāmodo
colēdi. aliter em̄ amicicie ſtabiles permanē poſſūt.
diſpares em̄ mores diſparia ſtudia ſequūtur. quo
rū diſſimilitudo diſſociat amicicias. nec ob aliam
cauſam vllā boni improbis. iprobi bonis amici eſſe
nō poſſunt. niſi qꝛ tāta eſt iter eos quāta maxima
poteſt eſſe morꝝ ſtudiorūqꝫ diſtātia Recte eciam p̄
cipi poteſt in amicicijs. ne q̄s intēperata quadā be
neuolētia. qđ perſepe fit. ipediat magnas vtilitates
amicorꝝ. Nec em̄ vt ad fabulas redeā. Troiam ne
optolem9 cape potuiſſꝫ. ſi Licomedē apud quem

erat educatꝰ . multis cum lachrymis iter ſuũ impe
dientẽ audire voluiſſꝫ . Et ſepe incidũt magne res
vt diſcedẽdum ſit ab amicis . quas q̃ impedire vult
ꝙ deſiderium nõ facile ferat . is ⁊ infirmꝰ eſt . mol
liſq; natura . ⁊ ob eã ipſam cauſam in amicicia pa
rum iuſtꝰ . Atq; in omni re cõſiderãdũ eſt ⁊ q̃d po
ſtules ab amico . ⁊ quid patiare a te ĩpetrari . Eſt
etiam q̃ſi quedã calamitas in amicicijs dimittẽdis
nõnunq̃ neceſſaria . Iã eñ a ſapiẽtum familiarita
tibꝰ ad vulgares amicicias orõ nrã dilabit̃ . Erũpũt
ſepe vicia amicoꝝ . tũ in ipſos aĩcos . tũ in alienos
quoꝝ tñ ad amicos redũdet infamia . Tales igitur
amicicie ſũt remiſſiõe vſus eluẽde . ⁊ vt Catonẽ di
cere audiui diſſuẽde magis q̃m diſcindẽde ſũt . niſi
quedã ad modũ intolerabilis iniuria exarſerit . vt
neq; rectũ . neq; honeſtũ ſit . neq; fieri poſſit . vt nõ
ſtatim alienatio diſiũctioq; faciẽda ſit . Si autẽ mo
rũ aut ſtudioꝝ cõmutatio q̃dã vt fieri ſolet facta
erit . aut in reip . ꝑtibꝰ diſſentio ĩterceſſerit . loquoꝛ
eñ vt pauloãte dixi . nõ de ſapientũ ſed de cõmuni
bꝰ amicicijs cauẽdũ erit . ne nõ ſolũ amicicie depoſi
te . ſed inimicicie etiã ſuſcepte videant̃ . Nihil eñ tur
pius q̃m cũ eo bellũ gerẽ . quo cũ familiarit̃ vixẽis
Ab amicicia . Nu . Põpei meo noĩe ſe remouerat
vt ſcitis Scipio . ꝓpter diſſẽtionẽ aũt q̃ erat ĩ rep .
alienatꝰ eſt a collega nrõ Metello . Vtrũq; egit g̃
uiter auctoritate ⁊ offẽſiõe animi nõ acerba . Quã
ob rẽ ꝑmũ dãda opa ẽ . ne q̃ amicoꝝ diſſidia fiãt .
Sin tale aliq̃d euenẽit vt extĩcte potiꝰ aĩcicie q̃ꝫ op
ꝑſſe eẽ videãt̃ . Cauẽdũ vð . ne etiã ĩ g̃ues ĩimicicias
cõuertãt ſe amicicie . e q̃bꝰ iurgia . maledicta . ꝯtũe
lie gignunt̃ . Que tñ ſi tolerabiles erũt ferẽde ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Et hic honos veteri amicicie tribuendꝰ eſt. vt is in
culpa ſit q̃ faciat. nō qui patiat̃ iniuriā. Omino oim
hoꝝ viciorꝝ atq̃ incōmodorꝝ vna cautio eſt atq̃
vna ꝓuiſio. vt ne nimis cito diligē incipiāt. neve i
dignos. Digni autē ſunt amicicia quibꝰ in ipſis in
eſt cauſa cur diligant̃. Raꝝ genꝰ et quidē oia pre
clara rara. nec quicꝗ̃ difficiliꝰ q̃ꝫ repire qđ ſit ōni
ex pte in ſuo gñe pfectū. Sz pleriq̃ neq̃ in rebus
hūanis quicꝗ̃ bonū norunt. niſi qđ fructuoſū ſit et
amicos tanꝗ̃ pecudes eos potiſſimū diligūt. ex qui
bꝰ ſperāt ſe maximū fructum eſſe capturos Itaq̃
pulcherrima illa et maxime naturali carēt amicicia
per ſe et ꝓpter ſe expetēda. nec ſibiipſi exēplo ſūt.
hec vis amicicie q̃lis et q̃ꝫta ſit. ipſe eni ſe q̃ſq̃ dili
git. nō vt aliquā a ſeipō mercedē exigat charitatis
ſue. ſ; qꝛ p ſe ſibi q̃ſq̃ charus ē. qđ ṅ idē i aīciciā trāſ
ferat̃ verꝰ amicꝰ nūꝗ̃ repiet̃ Eſt eni is aīcꝰ q̃ſi q̄ ē
tanꝗ̃ alter idē. Qđ ſi hoc apparēt in beſtiis volucri
bus agreſtibꝰ. natātibꝰ. cicuribꝰ feris. ꝓmū vt ſe
diligant. Id enim pariter cum omni animāte na
ſcitur. deinde vt requirāt atq̃ appetant aliquas
alias animantes. ad quas ſe applicent eiuſdē gene
ris. idq̃ faciāt cū deſiderio et cum quadā ſimilitudi
ne amoris hūani quāto id magis in homine fit na
tura. qui et ſe ipſe diligit et alterum acquirit cuiꝰ
animū cum ſuo ꝯmiſceat. vt efficiat pene vnum ex
duobꝰ. Sed pleriq̃ peruerſe ne dicam impudenter
amicū habere talem volūt. quales ipſi eſſe nō pñt.
queq̃ ipſi nō tribuūt amicis. hec ab is deſiderant.
Par ē autem ꝓmū ipſum eſſe virum bonū. tum al
terum ſimilē ſui querere. In talibꝰ ea quā iam du
dum tractabamus ſtabilitas amicicie confirmari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

poteſt· cũ homines beneuolẽtia cõiuncti primũ cu
piditatibꝰ iis quibꝰ ceteri ſeruiũt imperabũt· deĩn
de equitate iuſticiaqꝫ gaudebũt· oĩaqꝫ alter pro al
tero ſuſcipiet· Neqꝫ quicq̃ vnq̃ niſi honeſtũ ⁊ re
ctum alter ab altero poſtulabit· neqꝫ ſolum colent
ſe inter ſe ac diligẽt· ſed eciã verebũtur· nam max
imũ ornamẽtum amicicie tollit· qui ex ea tollit ve
recũdiam· Itaqꝫ in is pernicioſius eſt error qui exi
ſtimãt libidinũ peccatorũqꝫ omniũ petere in amici
cia licẽtiam Virtutũ enĩ amicicia adiutrix a natura
data eſt· nõ viciorꝝ comes· vt quoniam ſolitaria
nõ poſſet virtꝰ ad ea que ſũma ſunt· peruenire· cõ
iuncta ⁊ ſociata cum altera perueniret· que ſi quos
inter ſocietas aut eſt aut fuit· aut futura eſt· eorꝝ
eſt habendꝰ ad ſũmũ nature bonũ optimꝰ beatiſſi
muſqꝫ comitatꝰ· Hec eſt inquam ſocietas in quá
oĩa inſũt que putãt hoĩes expetẽda. honeſtas· glo
ria· trãquillitas animi atqꝫ iocũditas· vt cum hec
adſint beata vita ſit· ⁊ ſine his eſſe non poſſit· qđ
cum optimũ maximũqꝫ ſit· ſi id volumꝰ adipiſci· v̓
tuti opera dãda eſt· ſine qua neqꝫ amiciciã· neqꝫ vl
lam rẽ expetendã cõſequi poſſumꝰ· Ea vero negle
cta qui ſe amicos habẽ arbitrant̃· tum ſe deniqꝫ er
raſſe ſentiũt· cum eos grauis aliq̃s caſus experiri co
git· Quocirca dicendũ eſt eciã ſepius cũ iudicaue
ris diligẽ oportet· nõ cum dilexeris iudicare· Sed
cum multis in rebꝰ negligẽtia plectimur· tũ maxĩe
in amicis ⁊ diligẽdis ⁊ colẽdis· p̃poſteris enĩ vti
mur cõſiliis ⁊ acta ãgimꝰ· qđ vetamur veteri pro
uerbio· Nã implicati vltro ⁊ citro· vel vſu diuturno
vel eciã officiis· repẽte in medio curſu amicicias ex
orta aliq̃ offenſiõe dirũpimꝰ· quo eciã magis vitu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

ꝑcāda eſt rei tā maxime neceſſarie tanta incuria.
Vna eſt em̄ amicicia in reb9 humanis. de cui9 vtili
tate oēs vno ore cōſeutiūt q̄nq̄m a multis ipſa vec
tus cōtemnit᷑. ⁊ vendicatio quedā atq; oſtentatio
eſſe dicit᷑ Multi diuitias deſpiciūt. quos puo cōten
tos tenuis vict9 cultuſq; delectat. Honores vero q̄
rū cupiditate quidā inflāmant᷑. q̄s multi ita cōtem
nūt vt nihil inanius. nihil eſſe leui9 exiſtimēt. Itē
cetera que quibuſdā admiābilia vident᷑ ꝑmulti ſūt
qui ꝓ nihilo putēt. De amicicia oēs ad vnū idē ſen
tiūt. ⁊ hi qui ad rēp. ſe cōtulerūt. ⁊ hi qui rerum
cognitiōe doctrinaq; delectant᷑. ⁊ hi qui ſuū nego
cíū gerūt ociose. poſtremo hi q̄ ſe totos tradiderūt
voluptatib9 ſine aīcicia vitā eē nullā ſentiūt. ſi mō
velint aliq̄ ex ꝑte liberalit᷑ viuē. Serpit eīn neſcio
quō ꝑ oīm vitā aīcicia. nec vllā etatis degēde rōez
patit᷑ eē expertē ſui Quīnecia ſi q̄s aſpitate ea ē ⁊ ima
nitate nature ꝯgeſt9. vt ſocietatē hoīm fugiat atq;
oderit. q̄lē fuiſſe Athenis Timionē neſcio quē acce
pim9. tñ is pati nō poſſit vt nō acq̄rat aliquē apd
quē euomat vir9 acerbitatis ſue. Atq; h° maxie iu
dicaret᷑. ſi q̄d tale poſſit ꝯtingē. vt aliq̄s nos de9 ex
hac hoīm frequētia tollēt. ⁊ i ſolitudinē vſpiam
collocaret. etq; ibi ſuppeditās oīm reꝝ q̄s natura
deſiderat abūdātiā ⁊ copiā hoīs oīno aſpiciēdi ptā
tē eripet. q̄s tā eſſz ferre9 q̄ eā vitā ferre poſſz Cui
q; nō auferret fructū voluptatū oīno ſolitudo? Ve
rum igit᷑ illud ē q̄d a tarētino archita vt opinor di
cere ſolitum noſtros ſenes cōmemorare audiui ab
alijs ſenib9 auditum ſi q̄s celum aſcēdiſſet. naturā
q; mūdi ⁊ pulchritudinē ſiderum ꝑſpexiſſz. inſu
auem illam admirationem ei fore que iocūdiſſima

fuiſſet. ſi aliquem cui narraret habuiſſz. Sic natu
ra ſolitarium nihil amat. ſempꝗ ad aliquid tanꝗ̄
adminiculū annitiť. quod in amiciſſimo quoqꝫ dul
ciſſimū eſt. Sed cum tot ſignis eadem natura decla
ret. quid velit. ac querat. quid deſideret. obſurdeſ
cimꝰ tamē neſcio quomodo. nec ea que ab ea mo
nemur audimꝰ. Eſt enim variꝰ ⁊ multiplex vſus
amicicie multeqꝫ cauſe ſuſpicionum offenſionumqꝫ
dantur. Quas tum euitare. tum eluere. tum ferre
ſapientis eſt Vna illa ſubleuāda offēnſio eſt. vt ⁊
vtilitas in amicicia ⁊ fides retineatur. Nam ⁊ mo
nendi amici ſepe ſunt ⁊ obiurgādi. ⁊ hec accipien
da amice cum beneuole fiūt. Sed neſcio quomodo
verum eſt quod i Andria familiaris meꝰ Terētiꝰ
dixit. Obſequiū amicos. veritas odium parit Mo
leſta veritas eſt ſiquidem ex ea naſcitur odium qđ
eſt venenū amicicie. Sed obſequium multo mole
ſtius quod peccatis indulgēs precipitem amicum
fieri ſinit. Maxima autem culpa in eo eſt. qui ⁊ ve
ritatem aſpernať. ⁊ in fraudem obſequio impelliť
Omnis igiť hac in re habēda ratio ⁊ diligētia eſt
primū vt monitio acerbitate. deinde obiurgatio cō
tumelia careat. In obſequio autem quoniā teren
tiano verbo libēter vtimur. comitas adſit. aſſenta
tio viciorꝫ adiutrix ꝓcul amoueatur. que nō modo
amico. ſed ne libero quidem digna. Aliter em̄ cum
tyrāno. aliter cum amico viuiť. Cuiꝰ autēz aures
clauſe veritati ſūt. vt ab amico verꝫ audire neque
at. huiꝰ ſalꝰ deſperāda eſt Scitum eſt em̄ illud Ca
tonis. Multo meliꝰ de quibuſdā acerbos inimicos
mereri quā eos amicos qui dulces videātur. illos
verum ſepe dicere hos nunꝗ̄. Atqꝫ illud abſurdum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

eſt· ꝙ hi ſcilicet qui monentur eam moleſtiam
quā debent capere non capiunt eam capiunt qua
debēt carere· Peccaſſe em̄ ſe nō angūtur obiur ga
ri moleſte ferūt· quod cōtra oportebat· delicto do
lere· obiurgatiōe gaudere· Vt igitur ⁊ monere ⁊
moneri ꝓprium eſt vere amicicie. ⁊ alterꝝ libere fa
cere· nō aſpere· alterꝝ patiēter accipere nō repug
nāter· Sic habēdum eſt nullā in amicicis peſtem eſſe
maiorem quā adulationē· blādicias· aſſentationē·
quāuis em̄ multis nominibꝰ eſt hoc vicium notādū
leuiū hominū atqꝫ fallacium· ad voluptatē loquē
tium oīa· nihil ad veritatem· Cum autē omniū re
rum ſimulatio eſt viciosa· tollit em̄ iudiciū veri· id
qꝫ adulterat· tū amicicie repugnat maxīe· delet em̄
veritatē· ſine qua nomē amicicie valere nō poteſt·
Nā cum amicicie vis ſit in eo· vt vnꝰ quaſi animꝰ
fiat ex pluribꝰ· qui fieri poterit· ſi ne in vno quidē
quoqꝫ vnꝰ animꝰ erit· idemqꝫ ſemp̱· Sꝫ varius cō
mutabilis multiplex· Quid em̄ poteſt eſſe tā flexibi
le· tā deuium· quā animꝰ eius q̄ ad alteriꝰ non mō
ſenſū ac volūtatē· ſed eciā vultū atqꝫ nutū cōuerti
tur· Negat quis? Nego· Ait· Aio· Poſtremo īpera
ui egomet mihi oīa aſſentari vt ait idē Terētius
Sed ille in Gnatonis pſona qd amicicie genꝰ adhi
bere oīno leuitatis eſt· Multi āt Gnatonū ſimiles
cū ſint loco fortuna fama ſupiores· hoꝝ eſt aſſēta
tio moleſta cum ad vanitatē acceſſit auctoritas· Se
cerni autē blādus amicꝰ a vero tā poteſt· adhibita
diligētia quā oīa fucata ⁊ ſimulata a ſinceris atqꝫ
veris Cōcio que ex impitiſſimis ꝯſtat· tamē iudica
re ſolet qd interſit inter popularē id eſt aſſentato
rem ⁊ leuem ciuem· ⁊ inter cōſtātem ſeuerum ⁊

grauem. Quibꝰ blādiens. C. Pappyrius cōſul nuꝑ
influebat in aures cōciōis cum ferrꝫ legem de tri
bunis plebis reficiēdis diſſuaſimꝰ nos ſed nihil de
me. de Scipione dicā libentiꝰ. Quāta illi dij imor
tales fuit grauitas? Quāta in orōe maieſtas? Ut
facile ducē populi Ro. nō comitem diceres Sed af
fuiſtis et eſt in manibꝰ oratio. Itaqꝫ lex popularis
ſuffragijs populi repudiata ē. Atqꝫ vt ad me rede
am Memiſtis Qu. Maximo frē Scipionis. et. L.
Mācino cōſulibꝰ q̄ popularis lex de ſacerdocijs.
C. Licinij Craſci videbať. coaptatio em̄ collegioꝝ
ad populi beneficiū trāſferebať. Atqꝫ is ṕmū inſti
tuit in foꝝ verſus agere cum populo Tamē illius
vendibilē orationē religio deoꝝ immortaliū nobis
defendentibꝰ facile vincebat. Atqꝫ id actū eſt p̄to
re me quinquēnio anteq̄ cōſul ſim factꝰ. Itaqꝫ re
magis q̄ auctoritate cauſa illa defenſa eſt. Quod
ſi in ſcena id eſt in cōtione in qua rebꝰ fictis et ad
umbratis loci plurimū eſt. tantū verum valꝫ. ſi mo
do id patefactū et illuſtratū eſt. quid in amicicia
fieri oportet. que tota veritate perpēditur. In qua
niſi vt dicitur apertū pectꝰ videas. tuūqꝫ oſtēdas
nihil fidum nihil exploratū habeas. ne amare qui
dem aut amari poſſis. cum id quā vere fiat ignoēs
Quanq̄ iſta aſſentatio ꝑnitioſa ſit. nocere tamē
nemini poteſt niſi ei qui eā recipit. atqꝫ ea delecta
tur. Itaqꝫ fit vt is aſſentatoribꝰ patefaciat aures
ſuas maxime. qui ipſe ſibi aſſentať et ſe maxime ip
ſe delectet. Omnino eſt amans ſui virtus. optime
enim ſe ipſa nouit. quanqꝫ amabilis ſit intelligit.
Ego autem non de virtute nunc loquor. ſed de vir
tutis opinione. virtute enim ipſa non tam multi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

prediti eſſe q̄ꝫ videri volūt. Nos delectat aſſentatio
his fict⁹ ad eoꝝ voluptatē ſermo cum adhibeẗ. ora
tiouē illam vanā teſtimoniū eſſe laudum ſuaꝝ pu
tāt. Nulla eſt igiẗ hec amicicia cum alter veꝝ audi
re nō vult. alter ad mētiendū parat⁹ eſt. Nec paſi
toꝝ in comedijs aſſentatio nobis facta videreẗ ni
ſi eſſent milites glorioſi Magnas vero agē gratias
Thais mihi. Satis erat reſpōdere magnas. igētes
inq̄t. Semp auget aſſentatio id qđ is cuius ad vo
lūtatē diciẗ vult eſſe magnū. Quā ob rem quāuis
blāda iſta vanitas apud eos valeat. qui ipſi illam
allectāt ⁊ inuitāt. tamē etiā g̃uiores cōſtātioreſq̄ꝫ
admonēdi ſūt. vt animaduertāt. nec callida aſſē
tatiōe capianẗ. Aperte em̄ adulantē nemo nō vidꝫ
niſi qui admodū eſt excors. callid⁹ ille ⁊ occult⁹.
ne ſe inſinuet ſtudioſe cauēdum ē. nec em̄ facillime
agnoſciẗ. quippe q̄ etiā aduerſādo ſepe aſſentetur.
et litigare ſe ſimulās blādiaẗ. atq̄ꝫ ad extremū det
man⁹ vinciq̄ꝫ ſe patiaẗ. vt is qui illuſus ſit plus vi
diſſe videaẗ. Quid autē turpius q̄ꝫ illudi? Quod ne
accidat magis cauēdū ē. vt in epicureo. hodie me
ante oīs comicos ſtultos ſenes verſaris atq̄ꝫ luſe
ris lautiſſime. Hec etiā in fabulis ſtultiſſima pſona
eſt iprouidoꝝ ⁊ credoloꝝ ſenū. Sꝫ neſcio quo pa
cto ab amicicijs pfectoꝝ hoīm id eſt ſapientuꝫ. de
hac dico ſapiētia q̄ videẗ in hoīem cadere poſſe. ad
leues amicicias defluxit oratio. Quā ob rem ad illā
primā redeam⁹. eamq̄ꝫ ipſam cōcludam⁹ aliquan
do. Virt⁹ inquam. C. Fānius ⁊ Tulius. Qu. Mu
ti ⁊ cōſiliat amicicias ⁊ conſeruat. In ea eſt enim
cōuenientia rerum. in ea ſtabilitas. in ea conſtan
tia. Que cum ſe extulit ⁊ oſtēdit lumen ſuū ⁊ idē

aſpexit agñouitqꝫ in alio. ad id ſe admouet. viciſ
ſimqꝫ accipit illud qđ in altero eſt. Ex quo eoꝝ ex
ardeſcit ſiue amoꝛ ſiue amicicia vtrūqꝫ ēi dictum ē
ab amādo. Amare em̄ nihil aliud eſt niſi eum ipſū
diligere quē ames. nulla indigētia. nulla vtilitate
queſita. Que tamē ipſa effloreſcit ex amicicia eciaꝫ
ſi tu eam minꝰ ſecutꝰ ſis. Hac nos adoleſcētes bñ
uolētia ſenes illos. L. Paulū. M. Catonē. C. Gal
lum. P. Naſicā Ti. Gracchū Scipionis noſtri ſoce
rum dileximꝰ. Hec eciā magis elucet inter eq̄les.
vt inter me ⁊ Scipionē. L. Furium. P. Rutilium.
Sp. Mumiū. Viciſſim autē ſenes ī adoleſcētum cha
ritate acquieſcimꝰ. vt in veſtra ⁊ in Qu. Tubero
nis Equidem admodū adoleſcētis. P. Rutilij. Vir
ginij familiaritate delectoꝛ. Quādoquidē ita ratio
cōparata eſt vite natureqꝫ noſtre. vt alia etas oꝛi
atur ex alia. maxime quidē optādum ē: vt cum eq̄
libꝰ poſſis viuē. quibꝰ cum tanq̄ e carceribꝰ emiſſꝰ
ſis, cum iſdē ad calcē vt dicit̄ puenire. Sꝫ qm̄ res
humane fragiles caduceqꝫ ſunt. ſemp aliq̄ acquirē
di ſunt. quos diligamꝰ ⁊ a quibꝰ diligamini. Cari
tate em̄ beneuolētiaqꝫ ſublata oīs eſt e vita ſubla
ta iucūditas. Mihi quidem Scipio q̄mq̄ eſt ſubito
ereptꝰ. viuit tamē. ſemp viuet. Virtutē em̄ ſemp
amaui illiꝰ viri q̄ extincta nō eſt. nec mihi ſoli v̕ſa
tur ante oculos qui illā ſemper in manibꝰ habui. ſꝫ
etiam poſteris erit clara ⁊ inſignis. Nemo vnquā
animo aut ſpē maioꝛa ſuſcipiet. qui ſibi nō illius
memoriam atqꝫ imaginem ꝓponēdam putet Equi
dem ex omnibꝰ rebꝰ quas mihi aut fortuna aut na
tura tribuit. nihil habeo quod cum amicicia Scipi
onis poſſim cōparare. In hac mihi de republica fu

ſit cōſenſus · In hac rerum cōſilium · In eadem req̄
es plena oblectationis fuit. Nunq̄ illum ne minima
quidem re offendi · quod quidem ſenſerim Nihil au
diui ex eo ipſe quod nollem · Vna domus erat · idē
victus · iſqꝫ cōmunis · neqꝫ ſolum militia · ſed eciā
peregrinatiōes ruſticationes qꝫ communes · Nam
qm̄o ego de ſtudiis dicam cognoſcendi ſemper ali
quid aut diſcendi · in quibꝰ remoti ab oculis popu
li omne ocium tempus qꝫ contriuimꝰ · Quarum re
rum recordatio ⁊ memoria ſi vna cum illo occidiſ
ſet · deſiderium cōiunctiſſimi viri atqꝫ amātiſſimi fer
re nullo modo poſſem · Sed nec illa extincta ſunt ·
alūturqꝫ potius ⁊ augentur cogitatione ⁊ memo
ria · Et ſi plane orbatꝰ eſſem · magnum tamē affer
res mihi etas ipſa ſolacium · Diutiꝰ enim in hoc de
ſiderio eſſe nō poſſum · Omnia autem breuia tolera
bilia eſſe debēt · etiam ſi magna ſint · Hec habui de
amicicia que dicerem · Vos autem hortor · vt ita v̄
tutem locetis · vt ea excepta · nihil amicicia preſta
bilius eſſe putetis ·

~~M · T · Ciceronis De amicicia finitur hic liber ·~~

~~In preſſura platee epiſcopi ·~~ Daventriae

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 12